

pœnam extendi nolunt. Carpzov. part. 2. quest. 83. num. 81. 82. & 83 f. 279. Pract. Criminal.

III. Additur : *Quod Magistratus neque ex officio accusare, neque condemnare in tali casu possint.* Nimirum, quando dominus rei jure suo uti non vult, sed personæ cognatæ parcere & ita furtum dissimulare cupit; eo casu Judex inquisitionem instituere, & admissum furtum punire prohibetur.

*Nec obstat*, quòd privata partium remissio nihil officiat publicæ animadversioni, quò minus Magistratus ex officio eam possit suscipere, Heigius part. 1. q. 39. n. 24. ne scilicet delicta maneant impunita per l. 70. §. 5. ff. de Fidejussor. Nam hoc saltem de atrocioribus delictis est intelligendum. At quando dominus dissimulat ejusmodi furtum, tum videtur in factum consentire, adeoque rem ultrò cum expilatore communicare, unde crimen cessat. Quomodo enim is poterit pro expilatore hæreditatis haberi, cui dominus per dissimulationem remisit injuriam, & quo cum ipse vel tacite rerum hæreditariarum communionem instituit. Vide Tabor. in Racemat. p. 546. num. 12. Adde & Anton. Fabri. l. 9. Codic. de fin. 1. 2. & 3. fol. 1081. & seqq.

## ARTIC. CLXVI.

*Qui fame, vel frigore coactus, cibum, vestes, & similia furto abstulerit.*

## Stehlen in rechter Hungers-Noth.

**S**o jemand durch rechte Hungers-Noth / die er / sein Weib / oder Kinder leiden / etwas von essenden Dingen stehlen / geursachet würde / wo dann derselbe Diebstal dapffer groß und kündlich wäre / sollen abermahls die Richter und Urtheiler / als obstehet / Rathspflegen. Ob aber derselbigen Dieb einer unsträfflich erlassen würde / soll ihm doch der Kläger umb die Klag deshalb gethan nichts schuldig seyn.

Kkkk 2

AD